



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinæ Christianæ

Melanchthon, Philipp

Lipsiæ, 1572

VD16 M 2890

Qvae Svnt Divisiones Peccati?

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

videtur contra legem Dei. *ἀμαρτία ἐσίπ ἀνομία.* Hæc breuis definitio dixerit intelligatur, videlicet non tantum de actionibus, sed etiam de interioribus defectibus, de caligine & dubitationibus in mente, de auersione voluntatis & cordis à Deo, de tristissima desertione quod non lucet in homine sol iusticiæ filius Dei, ostendens Patrem, & ascendens corda Spiritu sancto. Intelligatur & reatus in definitione, quod videlicet homo propter peccatum reus sit aeterna ira Dei, & penitentia, nisi fiat remissio propter mediatorem. Nam & hic reatus in lege includitur, iuxta dictum: *Maledictus omnis, qui non manterit in omnibus, quæ scripta sunt in lege.* Et lex esset inanis sonitus, nisi horribilium peccatarum comminatio addita esset, quæ ordine diuinus sancto sequuntur, nisi quantum sic mitigatio diuinitus, propter mediatorem. **C O N S I D E R A N D A** est igitur explicatio, in definitione apud Iohannem. Nostra definitio expresse eadem continet: Peccatum est defectus, vel inclinatio, vel actio contra legem Dei, offendens Deum, & commerens iram aeternam, nisi fiat remissio propter Filium mediatorem.

**Q V A E S Y N T D I V I S I O N E S
P E C C A T I ?**

P R I M A est, Peccatum aliud nominatur Originale, aliud Actualis. Peccatum originale est reatus propter Adæ lapsum, & propter priuationem lucis divinae, & firmæ agnitionis Dei in mentibus hominum, & propter auersionem voluntatis à Deo, & propter contumaciam cordis, quæ mala sequuta sunt lapsum Adæ, in natura hominum, & sunt inimicitæ aduersus Deum, & damnata à Deo.

D E S C R I P T I O circumfertur in Ecclesia, sumta ab Anshelmo: Peccatum originale est carentia iusticiæ originalis debitæ infra hominibus. Hæc descriptio re ipsa congruit cum nostra. Sed vocabula recte interpretanda sunt. Iusticia originalis significat & acceptationem & rectitudinem, quæ fuit ante lapsum, videlicet lucem & firmam agnitionem Dei in mente hominis, & congruentiam voluntatis & cordis cum Deo, qui in hominibus velut in templo suo habita fuerit, & suam sapientiam, iusticiam, & laxitatem eis communicasset, si non essent lapsi. Hæc omnia significantur in hac descriptione Anshelmi nomine iusticiæ. Ergo nomine peccati originalis contraria mala significantur, scilicet & reatus & caligo in mente, & in voluntate auersio à Deo, & in corde contumacia contra legem Dei, & non esse templum Dei. Hæc mala sic descripsit Hugo: Peccatum originale est ignorancia de Deo in mente, & inobedientia in voluntate & corde. Alij uno nomine hæc mala omnia nominarunt malam concupiscentiam, qui Paulus sic loquitur, *Roman. 7.*

ACTUAL est omnis actio pugnans cum lege, tum in mente, ut dubitationes de Deo: tum in voluntate & corde, ut incendia malorum affectuum: tum in membris externis, ut externe actiones, pugnantes cum lege Dei.

ALIA DIVISIO.

PECCATUM aliud est regnans, seu mortale. Aliud est regnans, quod visitare nominatur Veniale. REGNANTIA peccata seu mortalia, dicuntur omnia peccata in non renatis, originale & actualia, interiora & exteriora, que ideo dicuntur mortalia, quia non renatus propter illa omnia reus est ira Dei, & penitentia, id est, ordinatus ad penitentiam aeternam, sicut Ioannis 3. 30. Qui non credit filio, non videbit uitam; sed ita Dei manebusque eum. Rursus peccatum regnans seu mortale est, cum is, qui fuit renatus, assentitur errori in fundamento, aut labitur contra conscientiam. Tunc enim amittit gratiam, Spiritum sanctum & fidem, sicut Adam & Eva, Aaron assentiens facientibus idolam, David ipse alterius coniugem, contristante & excusante Spiritum sanctum, propter talia delicta, & rursus sunt rei aeternae poena. Posse enim fidelibati renatos, perspicuum est ex capite Matthaei 12. & 2. Petri. Aliqui vero redeunt ad penitentiam, & salvi sunt. Multi non redire ad penitentiam, & pereunt, ut postea dicemus. PECCATUM non regnans, quod nominatur Veniale, id est, propter quod non remittuntur gracia, Spiritus sanctus & fides, est in renatis in hac vita malum originis, & dubitationes, & incendia malorum assediorum, quibus tamen repugnant renati, ne ruant contra conscientiam, & dolent propter has fordes, & credunt se propter mediatorum Dei placere, tegi has fordes, & gratiam exuberare super peccatum.

Vnde sumta est haec distinctio?

RESPONDEO. Certum est hanc esse perpetuam doctrinam verae Ecclesiae, & illustria testimonia in scriptis Propheticis & Apostolicis extant. Roma 8. expresse ponitur haec distinctio: Si secundum carnem uiuetis, moriemini: si autem actiones carnis spiritus uicibilis, uiuetis. Item 1. Timoth. 1. Milita bona militiam, retinens fidem & bonam conscientiam. Item Galat. 5. Manifesta sunt opera carnis, qui talia faciunt, regnum Dei non possidebunt. 1. Cor. 6. Ne erretis, adulteri, homicidie, idololatrie, regnum Dei non possidebunt. Item 1. Ioan. 3. Qui facit peccatum ex Diabolo est.

DE LIBERO ARBITRIO.

Quomodo docendi sunt rationes de libertate voluntatis humanae?

RESPONDEO. Cum sit mentio Liberi arbitrij, non militat